



# ANNALS ECCLESIASTICI

JESU CRISTI  
ANNUS  
449.

LEONIS PAP.  
ANNUS  
10.

THEODOSII 42. IMPP.  
VALENTINIANI 25.

I.



UI ordine temporum sequitur annus Domini quadringentesimus undequingagesimus, Asterio atque Protogene Consulibus aperitur: quorum alterum, nempe Protogenem, Orientale dedit Imperium; Alterium vero vetus Roma promovit. Est mentio Asterii Consulatus apud Sidonium *Ann. Eccl. Tom. VIII.*

Apollinarem clarissimum virum, cum De Confulatu Asterii memoria. (a) Sidon. i. 8. ep. 6.

hæc ad Nammatum scribit (a): *Audivi enim adolescens, atque adhuc puer ex puero, cum Pater meus Praefectus Praetorio Gallicanis tribunalibus praesideret, sub cuius videlicet magistratu Consul Asterius anni sui fores votivum trabeatus aperuerat. Adbarebam sella curuli, & si non latens generositatis per ordinem, certe non sedens per aetatem; mix-*

A tuf-

PAGIUS ANNO PERIODI GRECO-ROMANÆ 5542.  
SÆC. V. Olymp. 397.  
Anno Erae Hisp. CCCC. LXXXVII.  
A.C. 449.

© 10. B. ) 13. P. 27. Mart. Indict. 2.

JESU CRISTI 449.  
LEONIS PAPÆ 10.  
THEODOSII IMP. 48. & 42.  
VALENTINIANI III. 25.

I. Consules.

[1] COSS. Fl. Asturius, & Fl. Protogenes, Prior in Occidente creatus Kalendis Januarii in Gallia inivit Consulatum, ut liquet ex Epistola VI. Sidonii Apollinaris a Baronio num. I. recitata. In Diptycho Leodiensi legitur FL. ASTYRIVS. V. C. ET HVL. COM. ET MAG. VTRIVSQ. MIL. CONS. ORD. Ubi observandum, Y pro V Veteres sæpe usurpasse. Hinc in Chronico Idacii, in quo non se-

mel hujus Consulis mentio, vocatur 'Asturius', & in Fastis Græcis Heraclii, Astyrius. Adhæc E & V aliquando alternant; indeque in inscriptione Reinesiana pag. 363. loco *Austipis*, ponitur *Arespes*, & in variis subscriptionibus loco Asturii, scribitur Asterius. Em. Card. Norisius in Cenotaphis Pisani Desert. IV. cap. 1. parag. 1. ostendit, Wiltheimium in Appendice ad Diptychon Leodiense male confudisse Fl. Asturium hoc anno Consullem cum Turcio Rusto Asterio anno CDXCIV. Consule ordinario. Fl. Protogenes, ut vocatur in Act. I. Concil. Chalced. pag. 236. in Oriente creatus, quia ibidem dicitur Fl. Protogene U. C. & qui fuerit nunciatus, Coss. sub die VI. Id. April. quia sc. Asturium in Occidente Consullem processisse, nondum Constantinopoli innotescebat. Inter Viros illustres, qui comitati sunt Marcianum Aug. quando ingressus est Synodum Chalcedonensem, memoratur gloriosissimus Expraefectus, & Exconsul, ac Patrius Protogenes, ut videre est pag. 575. ejusdem Synodi.

A num. I. ad IV. Epistola XCIV. Theodo-

II.

reti

NOTÆ

[1] COSS. Fl. Asturius & Fl. Protogenes. Relandus: Protogenes & Asterius. Fasti Idatii & Victor: Asturio & Protogene. Marcellinus: Protogene, & Asterio. Epistola S. Leonis Papæ ad Flavianum in vetustis Codicibus Ecclesie Veronenis, ut vidit Blanchinus: Asturio & Protogene VV. CC. Coss. Acta Concilii CPolitani II. mense Aprilis A. D. 449. Concil. tom. III. pag. 1270. Flavio Protogene viro clarissimo, & qui fuerit declaratus, consulibus. Nempe nondum CPoli vulgatum fuerat nomen consulis occidentalis, qui erat Flavius Asturius. Prosper vulgatus: Asturio & Protogene. Prosper Vaticanus MS. Asturio, & Protogene. Nonnulli inter recentiores Fastorum concinnatores habent: Fl. Protogenes, Fl. Asturius, aliis Turcius Secundus Asterius.